

Justus Christoph Schomer Johann Wilhelm Petersen

Omnia Et In Omnibus Christus, In quo omnes Articuli fidei concatenatim cohaerent, & quo soluto tota illorum compages solvit, & disrumpitur, Per gratiam Christi, Sub Praesidio ... Dn. Iusti Christophori Schomeri, S.S. Theol. D. eiusdemq[ue] Professoris celeberrimi, consistorii Ducalis Assessoris ... In Disputatione Inaugurali, Ad Gradum Doctoris In Theologia rite assumendum, propositus a Johanne Wilhelmo Petersen Reverendiss. ac Sereniss. Principi, Episcopo Lubecensi ... Superintendentे

Rostochi[i]: Wepplingius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn736015221>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30. Sept. 1686

Schomerus, Just. Christ,*e*



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn736015221/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn736015221/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736015221/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736015221/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0004)

DFG

in Tempore & Regno ipsius
anno Christi.

OMNIA ET IN OMNIBUS CHRISTUS.

In quo omnes Articuli fidei con-
catenatim cohærent, & quod solutum tota
illorum compages solvitur, & disrumpitur,

Per gratiam CHRISTI,
SUB PRÆSIDIO

VIRI Maximè Reverendi Amplissimi atq; Excellentissimi
DN. JUSTI CHRISTO-
PHORI SCHOMERI,

S. S. Theol. D. ejusdemq; Professoris cele-
leberrimi, consistorii Ducalis Assessoris, & Dice-
ceos Mecklenb. Superintend. vigilantissimi,
IN DISPUTATIONE INAUGURALI,
AD GRADUM DOCTORIS IN THEOLOGIA
ritè assendum,
propositus

JOHANNE WILHELMO PETERSEN

Reverendiss. ac Sereniss. Principi, Episcopo Lubecensi, Duci
Holstiae, à Confessionibus & Concionibus sacris
& Episcopatus Superintendentem

Bresl. Typis J. OH. WEPPINGI, Acad. Typogr. 1686. 30. Sept.

1686

JOHANNES ALFHEIMO PETERSEN
Bibliotekar i Oslo

Geacanthus secundiflorus Persicaria *Eriocotis pumila* Dcnei

Hollister, J. Convolutions, & Convolutions 152

¶ Peticularis subnitescens

Poësie des Jours CH. MARITINCH. A Paris, T. Boissard, 1810.

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

<http://purl.uni-rostock.de>

<http://purl.uni-rostock.de>

/rosdok/ppn736015221/phys_0006



In Nomine JESU! Amen!



E CHRISTO scripturi non
sine CHRISTO incipimus, memores di-
cti Apostolici: *Quicquid egeritis sermone
aut facto, omnia in nomine Domini JESU
facite, gratias agentes DEO & Patri per
eum Coloss. III. 17.* Illenamque est ma-
gnus & benedictus in secula Deus, quem
adoramus: ille fundamentum est spei
nostræ, in cuius nomine exaudimur,
utpote in quo Patri accepti sumus. Per
illum omnia possumus, qui nos confor-

tat, omnesq; divinas vires, qvæ ad vitam, & divinam conversationem
spectant, explenitudine gratiæ suæ largitur. Hic ipse, qui creden-
dorum omnium, sit & disputationis nostræ Theologicæ fundamen-
tum, & nemo aliud ponere potest, præter hoc, quod possum est, quod est
JESUS CHRISTUS. I. Cor. III. II. Πολλά ἐρέμεν, νηγ ḥ μὴ ἀφινόμε-
γα, νηγ σωτήλα λέγων, τὸ πᾶν ἐστιν αὐτὸς Syr. c. XLIII. 29. quod
Apostolus comprobat, dicendo: Τὰ πάντα νηγ ḥ τὸν Χριστὸν
Coloss. III. II. omnia & in omnibus CHRISTUS.

§. 2. Non autem proponimus nobis locum hunc Aposto-
licum in Epistola ad Colossenses evolvere ac explicare, ubi nullam
in Christo esse περιστροληψίαν, nec externum aliquid in illo vel esse
vel valere afferit, in quo non sit gratus aut iudeus, aut circumcisus,
aut præputium, nec barbarus, nec scytha, nec liber, sed omnia in omnibus
Christi, quod Apostolus eleganter in Epistolâ ad Galatas c. III.
26.27.28. illustrat: *Omnis vos filii Dei estis per Eisdem in Christo Iesu; si qui-
dem quicunque baptizati estis in Christum, Christum induistis. Non est iu-
deus ibi, vel gratus, non est servus, nō est liber, non est masculus neq; feminus:
omnes enim vos estis ut UNUS Christo Iesu, sed demonstraretantum
nobis animus est, ex circumscripsi nobis brevi tempore, in quo*

A

amplissi-

amplissimam hanc materiam pro dignitate sua tractare non poterimus, breviter & quasi digito ostendere, quomodo Christus in omnes articulos Fidei influat, sine quo totam illorum compaginem ruere atque dissolvi necesse sit.

§. 3. Sive enim mentis oculos jacias in ipsam aeternitatem non solum in tribus illis hypostasibus divinis Jesum invenies medium, sed etiam in ipsa Electione, ~~καὶ γενέσει τὸ κόσμος~~ facta, secundum prævisionem & destinationem Dei Christum mediatorem deprehendes, in quo prævisi omnes, qui credituri erant in ipsum, electi sunt, adeo ut sit maneatque JESUS CHRISTUS verus & bodie, *Et ille in omnia secula.* Hebr. XIII. 8. sive ab aeternitate in differentias temporis animo descendas, & quæ intempore exsecutus fit Salvator noster, mediteris, ubique & in omnibus Christum videbis: Ille est creator noster, ad ejus imaginem primus homo creatur in justitia & sanctitate; per illum homo lapsus restitutus aeternum Evangelium audiuit, ad illum Patres oculos Fidei converterunt, & in veteri foedere salvari sunt, usque dum tempus impletum, & a Maria virgine natus, circumcisus, baptizatus, crucifixus, mortuus, resuscitatus seddit ad dexteram Patris in gloria, ut omnia impleret. Hic ergo communis humani generis amor, Mediator Dei & hominum, Homo Jesus Christus, principium & finis est fidei nostræ, qui pro peccatis nostris mortuus, & propter justitiam resuscitatus, imo pro nobis peccatum factus est, ut fieremus in illo justitia, quæ coram Deo valet. Ille Pro nobis, ille in nobis, nec tam ipsi vivimus quam ipse in nobis, quem sentimus in scripturâ, quem induimus in baptismo, quem percipimus & gustamus in s. coena, in quo omnes Dei promissiones nobis sunt Amen & veritas, cui vivimus, cui morimur, per quem salvamur.

§. 4. *O Dulcissime Iesu! tu salus nostra, tu petra nostra spiritu-
tualis, quæ Patres in deserto secuta, & quam patres secuti sunt, &
quam seqvor, sed non sine te, qui firmas gressus meos in semitâ ve-
ritatis & pacis, & omnibus amantibus te & mandata servantibus te
manifestas, ut lucem in luce videant & quæ non sunt à luce, disser-
nere queant. Ædificer in te, qui es fundamentum Apostolorum &
& Prophetarum, ubi tu lapis angularis, in quo, quæcunque structura
coagmentatur, crescit in templum sanctum in Domino. Tu, qui re-
jectus*

jectus ab ædificantibus actus es in caput anguli, mihi præiosus es.
Non enim in quoq; alio salus', nec aliud nomen sub cælo datum
inter homines, in quo oporteat nos salvos fieri. Omnes de te prophetae
testimonium ferunt, quod qvis in te crediderit, per nomen
tuum remissionem peccatorum sit accepturus.

Tu vīta sis prima meæ, tu causa salutis
Altera, tu suprema: tibi mea debeat uni
Principium finemque Fides.

Tu Alpha & Omega, per quem, qvæ in cælo & in terrâ, in unum
connexa omnia cohærent, ad quem omnia creata sunt, & in qvō omnia
termianntur Verbo: omnia es, & in omnibus, Christus, Deus
benedictus in secula!

§. 5. O qvam dulcis & conspirans sibi in omnibus veritas est,
qvæ in Christo est! qvam rectum est Sceptrum illius nullis nodis,
aut incurvationibus inflexum! qvam amice & sancte omnia sibi per
juncturas & catenas indissolubiles cohærent & conglutinantur in
Christo, qui centrum est, ex qvo omnes linea veritatis Theolo-
gicæ deducuntur, in quem omnes veritates refluant, & in qvo u-
naq;que consistit, & basin suam invenit. Habet hæc omnis
carnalis sapientia, & fista hominum doctrina, ut cum certum &
imotum fundamentum non habeat, nec sibi constet, nec cum
aliis conveniat, sed contradictiones foveat, & ex hoc se ipsam pro-
dat esse falsam, ad qvam destruendam non opus, ut forinsecus
argumenta adhibeantur, cum per ipsiusmet stulti loquia refutari
possit, & anteqvam refutes, ædificium ejus, ac regnum in se ipso
divisum corruat, filii ipsius, intestinis inter se bellis distractis, &
more fratrum Cadmœorum in mutuam ruinam tela vibrantibus.
At Filii veritatis ab una veritate docti & unctionem ab eo habentes,
qui sanctus est, non solum sibi ipsis, sed etiam terris divisi, & alios
atq;que alios præceptores natu concordes sunt, & mutuo osculo se ex-
cipiunt, ac contra qvoscunq; victoria arma & plus quam victoria
erigunt. Veritas namq; celestis, & Theologia sancta in
Christo sibi perpetuo constans se ipsam ex se ipsa defendit, veritatēq;
suam prō clypeo gerit potentissima à castello suo qvoscunq; ad-
versariæ partis homines falsis armis pugnantes profligandi. Pulchre
sic dictūs Dionysius Areopagita Epistola VII. fol. m. 385 sufficere, inquit

A 2

arbi-

arbitror, si id, quod verum est, ipsum in se ipso ut sese habeat, & scire & eloqui possint. Hoc enim quid sit, rite juxta legem veritatis ostendo inviolabiterque constante, quodlibet, quod se aliter habeat, & veritatem simulet, arguetur, aliudque esse, quam id, quod vere est, atque omnino dissimile, & quod illud magis videtur esse, quam sit, deprehendetur. Itaque supervacaneum est, veritatis predicatorem contra hos illosve pugnare. Dicit enim fere quisque numisma se habere regium & habet ille fortassis quandam, ut ita dixerim, particulam, fallatque veritatis imaginem. Ac siquidem istud confutaveris, alius rursus atque alius eadem de re pertinaci intentione contendet. Porro ipsa veritatis ratione comparata, & rite firmiterque constante, atq[ue] ita vim suam preferente, ut a nullo prorsus hominum coargui possit, quicquid illud erit, quod in aliquod dissideat, nec se ita in omnibus habeat, ipsum ex se ipso insuperabiliter statui veritatis objectum detegitur, atque prosternitur.

S. 6. Voluimus ideo ex scriptura sacra, quantum potuimus, verba illius quoad p[ro]p[ter]a, adducere, ut hoc ipso contradictio omnis, quae veritati æternæ contradicit, ut falsa & erronea appareat. Nos ex DEO sumus, inquit Johannes qui novit DEUM, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos: Per hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris. I. Joh. IV. 6. Tanta vis est gustatæ in corde veritatis! Et licet Johanni Γερμανία, ut par est, concedamus, nec talem nobis παρέποιαν aut ἀσφάλειαν arrogemus, tamen unus quisque; Γερμānū secundum mensuram gratiæ diuinæ sibi datam ex gustatâ coelesti veritate, per gratiam & verbum veritatis in corde firmiter obsignata dicere poterit: Scio, in quem credidi, credo, ideo loquor, & qui contra loquitur, aequo minus ex veritate est, ut doctrina ejus, quæ non ex Christo est, qui veritas est. Cum igitur in Christo sola veritas Theologica, opera pretium esse duxi, ex articulis fidei nostræ evangelicæ breviter demonstrasse, Christum in singulis fidei nostræ capitibus esse inclusum, & per omnes articulos veluti anima quandam vivifica sua virtute permeantem

tem & perambulantem, in quo & perqvem catena fidei indulsa cohæreat, & compages illius, si Christum ex illis solveris, solvatur ac disrumpatur.

§. 7. Anteqvam autem catenam atticulorum Fidei ex ipsâ sacra scriptura nectamus, ipsum ex qvo illam deducimus, fundamentum firmum esse à nobis demonstrari debet, qvam firmitatem ex eo habet, quod à Christo ipso, ejusq; Spiritu, tanq; Spiritu veritatis profluat, & sic vel in ipsum articulū fidei de Sacra Scripturâ Christum influere probari possit. Ita autem Salvator: *Scrutini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere aeternam & ille ipse sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Joh. 5.39. En altera de altero testatur: Scriptura de Christo, Christus de scripturâ: Si jam testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est, qvod Deus testatur de Filio, & qvod Filius, qui via, veritas & vita est, testatur de scriptura. In hunc Christum tanquam os veritatis omnis veritas scripturæ resolvitur. Nam cum qværimus, cur thesis hæc vera sit, respondetur quidem recte, quia scriptura sacra hæc dicit, sed cum aliquis instet, & qværere perget, cur ea, quæ scriptura dicit, vera sunt? respondetur, quia Deus DIXIT & ex Christo, qui Deus est, & ex spiritu ejus sancto fluxerunt; qui ut est spiritus veritatis, ita Christus veritas est, qui ex gremio patris mysteria & vohintatem ipsius nobis manifestavit. Nemo enim novit Filium nisi Pater, & nemo Patrem, nisi Filius, & cui Filius vult revelare Matth. XI. 27. revelavit autem Apostolis per spiritum suum I. Cor. 2. 10, qvinon acceperunt spiritum mundi, sed spiritum ex Deo, ut scire potuerint, quid sibi à Deo datum fuerit, qvod eloquuntur non verbis, quæ sapientia humana docere potest, sed verbis, quæ Spiritus sanctus docet. Non enim scriptura prophætica est id *αὐτούσιως* nec ex voluntate hominis allata est ulla prophætia, sed à spiritu sancto impulsi sancti Dei homines locuti sunt. 2. Petr. 2. 10. Hic spiritus sanctus Christi est Gal. IV. 6. & Christus ipse in Paulo locutus est, & sine illo non se ausurum quicquam loqui fateatur. 2. Cor. 13. 3. Rom. 15. 18. Inde est, quod scriptura tantam & intrinsecam autoritatem, & vim corda movendi habeat, atque ex scriptura de scripturâ argumenta desumi possint contra ipsos Atheos, scripturæ Augerianas & divinitatem negantes. Tot enuntiati-

tates asserit, quæ ipsa experientia usque in hodiernum diem vel in
solis iudæis per tot jam currentia secula ex judicio divino
rejectis, & ex prophetâ ante tot annos pronunciata reiiciendis
comprobantur, quod dum impletur, divini quid tali scripto inesse
nemo sanæ rationis compos negabit. Profligatissimus etiam sæ-
penumero per verbum in conscientia movetur & maxime timet
verbi majestatem, quam alto cachino antea deriserat, ut mani-
festò appareat, ab eodem principio & verbum & conscientiam
promanare, ac eundem esse Deum, qui conscientiam fecit, &
qui verbum fecit, cognoscatur. Nam licet miracula, quæ olim
ex superabundantia gratiæ amoris divini sequebantur, ordinarie de-
sierint, vim tamen suam in tot myriadibus sine externo miraculo
conversis potentissime exseruit, quod dum sine miraculis est fa-
ctum, omnium miraculorum maximum fuit miraculum. Filii lu-
cis vident lucem in verbo tam sancto, & potentiam ejus suavi vi-
lentiâ sentiunt, & sancto in scripturis sanctis loquenti Deo, & Præ-
sidi Jesu Christo & spiritui ejus credunt, atque fidem suam non in
conciliorum, aut Ecclesiæ Doctorum, quanti quanti etiam illi sint
resolvunt, sed in autoritatem loquentis Dei, ex quo scriptura fluxit:
unde, qui veri sunt doctores, non ad se, sed ad scripturam & Deum
audidores, & lectores suos ablegant, nec sibi volunt credi, quia
ipsi dicant, sed Deo & scripturæ, quid dicat, & cui ipsum credi
dider. Johannes c.i. Evangelii sui, non ego inquit, sum lux, sed iesor a luce
& Cyrus Hierosolymitanus Mystag. IV. f. m. 30. Μηδε ἐμοὶ τῷ πνῦ-
μασι λέγοντι ἀπλῶς μελέτης, εἰδὲ τὸν δόσοντα τὸν καταγγελομένων
δότη τὸν θείων μη λαθῆς γραφῶ. οὐ σωτηρίᾳ γε αὐτη τῆς πίστεως
ημῶν ἐκ εἴσιν εἰς ορεοπλεγίας, ἀλλὰ εἰς δοσοδέξεας τὸν θάυμα εἰς
γραφῶν. Ne mihi quidem ea proferenti simpliciter fidem adhibe-
as, nisi de divinis Scripturis eorum, que dicam, demonstrationem
accipias. Nam fidei nostræ salus & conservatio non nititur ingenio-
sa inventione hominum, sed ex divinarum scripturarum
demonstratione.

§. 8. Demonstratâ igitur sacræ scripturæ immotâ firmitate
ceu fundamento Prophetarum & Apostolorum, ubi Jesus Chri-
stus lapis angularis est, jam ad ipsam catenam, quam ex æterni-
tate

rate de ductam in ipsam æternitatem, unde collecta est, reducimus & connectimus. Ad summum Deo triuno, in quo ~~ad~~ adoramus, initium sumimus, & in articulo de vita æterna, quæ Jesus Christus est, quem visuri sumus, ut est, catenam illam articulorum fidei terminamus, & in suum principium & circulum æternitatis deducimus. In æternitate enim quemnam conciperem nobis possumus, nisi Deum, & quidem, præviâ scripturâ triunum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum? Hæc sacra sancta trinitas unus Deus est. Nam cum ex sacris demonstretur, Filium Dei esse Deum benedictum insecula. Rom. 9. 5. Hebr. 1. v. 3. seqq. Joh. 1. 1. Apocalyp. 2. 23. collat cum Jer. 17. 10. Etai. 6. 1. 3. 5. 9. 10. Coll. cum. Joh. 12. v. 27. 38. 40. 41. Rom. 14. 10. n. Col. cum Etai. 45. 23. Jerem. 23. 6. Deitas demonstretur etiam Spiritus sancti Luc. 1. 70. collat. cum Act. 28. 25.: Et omnium contradicentium confessione notum sit, Deum jehovam altissimum esse unum Deum. s. Mos. 5. 6. 7. cap. 6. 4. 2. Mos. 20. 3. exinde colligitur, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum esse unum Deum, licet Filius non sit Pater, nec Pater Filius, nec Filius Spiritus Sanctus.

S. 9. Pudeat nonnullos papistas, quos B. Dorschew in interventione pro mysterio SS. trinitatis c. 1. 2. seqq. adducit, qui mysterium S.S. Trinitatis è scripturis solitarie ostendi non posse afferunt, & tamen illud credi volunt, cum Patres & concilia hæc afferant; quid hiæc assertionibus aliter probant, quam quod fidem suam, non in S. Sacrae Scripturæ, sed Ecclesiæ & Doctorum Ecclesiæ autoritatem resolvant pessimo sane exemplo resolvant, & scripturæ ipse Patrum suorum authoritates non obscure præferant, qui tamen, ut ex Cyrillo audivimus, non sibi, sed scripturæ credi voluerunt; quo ipso gaudium magnum excitarunt in illis hereticis pessimis, Photinianis, & Socinianis, qui magno numero illas Papisticas scandalosas theses exparserunt. Unde Christophorus Ostorodus contra Tradelium part. 2. c. 1. p. 86. Pontificis in publicis scriptis ingenue confessi sunt, pluralitatem personarum in Deo ex verbo non posse confirmari. Et Valentinus Smaleius Socinianus Disp. 1. Contr. Franzium p. 1. Fassi sunt ipsi met Pontificii, Hosius Cardinalis, & Wiekus Jesuita Trinitatis dogma ex sacris literis solis probari non posse; Cum tamen Sanctus Joh.

Johannes, sicut vocem ~~relat~~ non usurpet, tamen quoad sensum satis illam inculpet. TRES sunt in cœlis qui restantur, & Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi TRES UNUM SUNT. Expressæ hic audis, & vocem regis & vocem eū, non ēs, & quidem in conjunctione & una propositione ēi regis, ēū ēst, qvod ipse salvator exprimit Joh. 10. v. 30. Ego, & Pater unus sumus, qvod ipsimet Judæi non de voluntatis sed essentia unitate intellexerunt, & ea de causa Christum blasphemiam in Deum falso licet postularunt. Augustinus, magnus ille Hippoensis Episcopus egregie & divinè de mysterio hoc S.S. Trinitatis adorando loquitur, nec sibi credi vult, sed Scripturæ, ex qvâ hoc mysterium credendum proponit, qvod non Ecclesiæ obtrusisset, nisi illud clare in Scripturis Sanctis invenisset. Verba ejus licet prolixiora, tamen adscribere placet, qvia aurea sunt, & Michael Servetus, alias Reves ab Arragonia dicti impian de S. S. Trinitate sententiam l. i. de Trinit. f. m. 22. 23. 24. seqq. quasi in thesi refutant, & simul Salvatoris dictum pulcherime evolvunt in Tractat 36. super Johannem f. m. 281. Unde ergo inquit, verum judicium ejus, nisi qvia verus est Filius? Hoc enim dixit: & si judico, verum est judicium meum, qvia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater; tanquam diceret, verum est judicium meum, qvia Filius Dei sum. Unde probas, quod Filius Dei es? qvia Solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater. Erubescet Sabelliane, audis Filium, audis Patrem. Pater Pater est, Filius Filius est. Non dixit, Ego sum Pater, & ego ipse sum Filius. Sed solus non sum, inquit. Quare solus non es? qvia tecum Pater est. Ego sum, & qui misit me Pater: audis, ego sum, & qui misit me. ne perdas personam, distingue personas, distingue intelligentiam, noli separare perfidiam, ne iterum quasi fugiens Charybdim in Scyllam incurras. Vorabat enim Te gurges impietatis Sabellianorum, ut diceres, ipsum esse Patrem, qui est Filius: modo didicisti, Solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater. Agnoscis, qvia Pater Pater est, & Filius Filius est? Bene agnoscis, sed noli dicere, Pater major est, Filius minor est: Noli dicere, Pater velut aurum est, Filius argenum. Una substantia est, una divinitas, una coeteritas; perfecto

fecta & qualitas, dissimilitudo nulla... Nam si tantummodo alterum credideris esse Christum, non eum, qui Pater est, & in aliquo tamen distantem secundum naturam esse putaveris, a Charybdi quidem evasisti, sed in Scyllaeis scopulis naufragasti. In medio naviga, utrumque periculorum latus evita... Quid vis ire in alteram partem ut dicas, aliud est Pater, Filius est aliud? Alius est, recte dicas, aliud, non recte. Alius enim est Filius, quia non est ipse, qui Pater, & alius Pater, quia non est ipse, qui Filius, non tamen aliud, sed hoc ipsum est & Pater & Filius. Quid est, hoc ipsum est? unus DEUS est. Audisti, quia non sum solus, sed Ego, & qui misit me Pater, audi quomodo credas, & Patrem & Filium, audi ipsum Filium. EGO ET PATER UNUM SUMUS. Non dixit, Pater ego sum, aut Ego & Pater unum est; sed cum dicit, Ego & Pater unum sumus, utrumque audi, & UNUM, & SUMUS, & à Charybdi & Scylla liberaberis in duabus istis verbis. Quod dixit unum, liberat Te ab Ario, quod dixit sumus, liberat te à Sabellio. Si unum, ergo non diversum, si sumus, ergo & Pater & Filius. Sumus enim non diceret de uno, sed & unum non diceret de diversis.

§. 10. Sed dicas, cur hæc de tribus in una essentia hypostasis tam prolixæ? quid hæc ad scopum, & ad catenam tuam articulorum fidei, in quo Christum semper inclusum esse demonstratum eas? At quo magis tres in unâ essentiâ personas demonstravi, eo magis Filium ostendi in Articulo de Sacro Sanctâ Trinitate esse unitissime inclusum, qui consistere non posset, si $\lambda\gamma\sigma\tau$ ex illo solveris, nec triunus Deus esset, nisi $\lambda\gamma\sigma\tau$ esset, Sanctam TRINITATEM cum Patre & Spiritu Sancto constituens. In hoc tamen adorando mysterio semper abyssi impenetrabiles remanent, & in suo ambi, tu sunt $\lambda\gamma\sigma\tau$ $\nu\tau$ $\lambda\gamma\sigma\tau$ $\lambda\gamma\sigma\tau$, $\lambda\gamma\sigma\tau$ $\pi\sigma\alpha\iota$ $\kappa\alpha\lambda\epsilon\psi$. Si enim quereras: Quomodo istud creditur? quomodo capitur? Fide capias ut credas, & $\tau\circ$ quomodo in divinis cum Nicodemo nescruteris. Miranda non rimanda mysteria... Bene creditur, quia non cito capitur, nam si cito caperetur, non opus erat, ut crederetur, quia videatur; immo credis, quia non capis, sed credendo sis idoneus, ut capias. Nam si non credis, nunquam capies, quia minus idoneus rema

B

neb:

nebis: Fides ergo mundet Te, ut intellectus impleat Te. Fide complectere totam Sacrosanctam Trinitatem, ut mansionem suam in Te erigat. Pater Te trahat ad Filium, Filius ducat Te ad Patrem, Spiritus Sanctus ad utrumque, sine quo nemo Christum Dominum appellare valet, & sic Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate venerare, Filium in Patre, Patrem in Filio, Filium in Spiritu Sancto.

S. ii. Ab Articulo de DEO triuno ad ea, quae in eternitate facta sunt, nos convertimus, deprehendimus autem electionem ibi esse factam, ut Apostolus loquitur τοις καταβολης της κρισης, & quidem in Christo, qui ubique in hac materia invenitur. Illustris locus est Eph. c. i. v. 3. 4. seqq. ευλογητος ο Θεος και πατηρ της κυριου ιησου χριστου, ο ευλογησις ημας εν πασῃ ευλογιᾳ ποδισμητης εν τηι επεργασιαι ιησου χριστω. Καθως εχει ελεγχατη ημας εν αυτῳ τοις καταβολης κρισης, ειναι ημας αγιας και αμωμας καπεναπιν αυτος εν αγιαπη τριφοριας ημας, εις οιδησιαν Δικαιου χριστου εις αυτον και την θρονιαν της Ιηληματος αυτου εις επιμονη δοξης της χαριτος αυτης εν ηχαειτωσι ημας εν τω ησπημενω, εν ω εχομεν την διπολυτρωσιν Δικαιου αυτου την αφεσιν των φρεσκωματων, και την αλεξιν της χαριτος αυτης. Et versu 9. ulterius progreditur. γνωρισας ημειν τη μυστηριον της Ιεληματος αυτης και την ευδοκιαν αυτης, ην πρεσβετοριαν την καρδιων ανακεφαλαιωσιδιαν τη πονητη εν τω χριστω, πει την οντοτητας επιφανειαν, ποιηση οπις της γης εν αυτῳ, ενων και εκληρωθημεν περιφοριαν εντες μη πρεσβετοριαν οπις παντες ενεργησην και την βασιλειαν της Ιεληματος αυτης. In omnibus hisce omnia & in omnibus Christus est, ubi in versu 9. & 11. phrases illae probe observandae sunt και την θρονιαν αυτης, ην πρεσβετοριαν αυτης, & iterum πρεσβετεριαν την κατη πρεσβετοριαν τη πατητη επεργυντης και την βασιλειαν οπις της Ιεληματος αυτης, ubi propositum illud Dei totum ordinem mediiorum salutis nempe de missione Filii in mundum, de ejus satisfactione, de Evangelii prædicatione & fide complectitur, quæ si quis divellat & excludat ab electione, is negat contra Apostolum, Electionem esse factam κατη πρεσβετοριαν και την θρονιαν οπις βασιλειαν αυτης. Cuius haec summa est: omnis credens in Christum salvus esto Prae:

Præscientia Dei subsumit in æterna sua præscientia: Abraham, Isaac, Jacob, Elisabetha, Maria, Petrus, Paulus, Johannes in Christum eredit, ergo salvus esto. Christus igitur ut objectum est fidei omnium credentium in æterna Dei prævisione & præscitu, ita etiam dicimus in librum hujus Agni ab initio esse inscripti *Apoc 13.8. cap. 17:8.*
Atq; ideo semper Apostolus *et alii* in Christo factam esse electionem, anteqvam jacerentur mundi fundamenta, & adoptatos nos esse in Filios per Jesum Christum & charos nos esse redditos *et tu agnus meus in DILECTO FILIO, per quem habemus accessum* *ad eum.*

S. 12. Invertunt ordinem Reformati in hoc articulo, & priorem faciunt electionem, quam Dei consilium de ordine mediorum salutis, cum tamen Apostolo teste, electio facta sit juxta hoc Dei consilium & bene placitum. Omnis autem Regula prior est in ordine, quam regulatum. Ergo & consilium Dei, juxta quod electio facta est, est prius ordine, quam electio; & sic fides & Evangelium & Christus in illo consilio Dei non sunt posteriora electione, ut ejus consequentia, sed sunt priora in ordine & antecedentia. Regula stat firma. Qvicung; credit in Filium, habet vitam æternam, Joh. III. seu quod idem est: omnis credens in Christum salvabitur: Hic est ille qui credit in Christum, & prævidetur crediturus. E. Hanc fidem Deus ab æterno non minus intuetur in sua *creatura*, quam ipsum hominem, ut merito mirentur cordati sive tarditatem, sive malitiam eorum, qui ideo negant per fidem nos electos fuisse, quia electio fit ab æterno, fides autem in tempore. Nam & ipse homo nascitur in tempore, & tamen ab æterno electus fuit, quia ab æterno Deus novit omnes & videt tanquam in præsenti omnium hominum ingressum & egressum. Ex quo B. Mentzerus, Theologus magnus, in examine ceusura crocianæ f. m. 756. tale argumentum exstruit: Quale est æternum Dei consilium, propositum & beneplacitum, juxta quod electi sumus; talis est ipsa electio. Qualis enim Regula, tale illud, quod ad eam dirigitur, & ei est conforme. Atqui æternum Dei consilium juxta quod electi sumus non est absolutum, sed determinatum & ordinatum; nempe qui credit in Christum, salvus erit. Ergo & ipsa electio non absoluta, sed determinata & ordinata in Christo fide apprehenso. Nota est etiam regula Theologorum verissima: Tale fu it

fuit ab æterno decretum, qvalis est exsecutio decreti in tempore. At in tempore creavit hominem, qui lapsus est, & post lapsum ex Paradiſo ejectus, cui Evangelium de Messia prædicatum, quem Salvatorem Adam, & quicunqve pius, fide apprehendit, & fide justificatus, & salvatus est.

S. 13. Ut Christum plenius in electione antecedenter influentem deprehendamus, opera pretium est, ut supra lapsarianorum inter quos Theodorus Beza & Franciscus Gomarus duces & antesignani sunt, horribilem sententiam brevibus proponamus & excutiamus, qui indefinite præscitos electos dicunt ac damnabile, salvabile creabile objectum prædestinationis vel reprobationis constituant & hoc creabile salvabili & damnabil postponunt, atque creationem medium ad salvationem & damnationem faciunt. At creatio non est medium salvationis. Aliud enim est medium, aliud quod necessario præcedit. Creatio necessario præcedit salvandum & damnandum, non tamen est medium in eum finem à Deo institutum, quod damnet, & quod salvet. Ad doctum virum constituendum non vita, sed studium, & industria eu medium operatur & influit, licet vita necessario præcedere doctum virum constituendum debeat. Deinde, medium unius rei proprium non potest esse medium alterius rei, quod priori rei est contrarium. Sic industria seu medium eruditio non potest esse medium contrarii, nempe segnitiei. Si itaque creatio esset revera medium salvationis, non posset esse medium damnationis, ut contrarii sui, quod tamen supra lapsarii concedunt, & creationem medium utriusq; faciunt. Et licet creabile, labile, reparabile, salvabile, damnabile sit prius creando, lapsuro, credenti, salvando, damnando, quia non creandum, lapsurum, damnandum, salvandum non fuisset, nisi creari, labi, damnari, salvari quid posset, aut repugnaret. Interim tamen non sequitur, quia damnabile & talabile est prius, ergo etiam est objectum prædestinationis. Ratio est quia creabile, labile, damnabile est objectum scientiae divinæ, quia Deus omnia possibilia novit, sive illa aliquando exstitura, sive non. Prædestinatione vero non refertur ad scientiam, sed ad voluntatem Dei, quia credituros in Christum salvare voluit. Ergo creabile, labile, salvabile, damnabile ita potest esse objectum prædestinationis. Nam ponamus hanc propositionem Gomari. *Damnable, salvabile, creabile est objectum prædestinationis & reprobationis*: Subsumimus nascentes

biles Abrahamo ex lapidibus filii sunt creabile & salvabile, ergone
& nascibiles illi ex lapidibus liberi sunt objectum prædestinationis?
minime. Objecta enim prædestinationis erunt in futura vita in glo-
ria eius & eivaz ipsas eis emugor m̄s dožns aut̄ Ephes. 1.12, uti objecta
reprobationis in cruciatibus æternis. Ergone nascibiles ex lapidi-
bus erunt in gloria vel damnatione æterna? *ann.*

§. 14. In ipsis potentialibus vocibus Gomaristicis, ubi dicitur,
Salvabile, damnabile creabile, non servatur ordo, cum non creari præponit
debuisset non salvari & damnari. Sed hæc ideo confundunt adver-
sarii, ut eò melius absolutum decretum incrustare possint, & qvam-
vis *infralapsarii* hominem lapsum anteponant vel electioni vel re-
probationi, & *hypothetici Amyraldista* speciose qvidem qvoad ver-
ba de universalitate amoris divini loquuntur, tamen supra labuntur
& infra, & absolutum suum decretum, qvod absolute falsum est,
retinent, & qvam vis Christi in electionis materiâ mentionem fa-
ciant, tamen si recte attenderis, non tam in Christo, quam AD Chri-
stum electionem factam urgent, & sic fidem in Christum in ele-
ctione non antecedentem, sed consequentem introducant, quod
pluribus testimoniis ex reformatorum schola & ipsa synodo Dordra-
cena in peculiari dissertatione contra Professorem Theologum
Marpurgensem *Reinboldum Pauli* ostendi, cuijam testimonium Polani
addo ex articulo de prædestin. pag. 45. *Deus elegit quosdam ex mera
eudoxia absque omni intuitu meriti Christi. Meritum ergo Christi non
est causa electionis* *de ceteris ueris*, *quia ipsius est effectum, non enim ideo nos
elegit Deus, qvia Christus pro nobis moriturus erat, sed contra, ideo nobis
mortuus est Christus, qvia Deus nos elegerat in ipso.* En hic expressis ver-
bis ex electione ut æterna factâ excluditur per Calvinianos Christus
& ipsius meritum. At nobis secundum veritatem Evangelicam
omnia & in omnibus Christus est. Æterna est catena: Pater nos di-
lexit in Christo, & SIC dilexit, UT daret Filium, sine cuius respectu
æterno nos diligere noluit, sed nos in ipsum credituros ante jacta-
mundi fundamenta elegit, ut Christus sit maneatque *exxviii. nay*
πλαθωτής ήσ πίστεως, καὶ των ηγίας ήμών.

§. 15. Ex æternitate ad ea, quæ in tempore facta sunt, ca-
renanostra articulorum fidei per Christum copulata se demittit, &

æternitatem cum tempore copulat, atque ansulam ansulae fidei connectit. Seqvitur autem in ordine Electionem articulus de creatione. Licet enim in ordine præscientiae divinae decretum de creando homine præcedat decretum de homine lapso per Christum erigendo quia tamen electio actu ipso una cū ipsa æternitate, in qua facta electio prior sit ipso tempore, & actuali creatione in tempore facta, ideo etiam creationis articulum in catena fidei postposuius Quanquam autem non eo modo ad hunc articulum concurrit Christus quoad electionem, quatenus nempe Christus & mediator est, concurrit tamen quatenus Deus ac causa efficiens est creationis; creavit enim Deus trinus cœlum & terram & omnia quæ sunt in cœlo, & in terra. Unde non dubium, quin $\Delta\gamma\Theta$ creaverit Angelos, quorum caput dicitur. Coloss-II.10. non quasi sit princeps aliquis ex ordine Angelorum, ut Sandius Arianus Spiritum Sanctum totum esse chorum Angelorum voluit à DN. Præside & Chrysophoro Wittichio, in peculiari scripto refutatus, sed quod omnes angelicæ potestates ipsi ut creatori subsint. Tantum igitur abest, ut in creatione Angelorum & hominum Christus excludatur, ut potius omnia per ipsum facta esse scriptura doceat. In principio enim erat Verbum & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Joh. I. v. 12. Hic est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creature, quoniam in ipso condita sunt universa in cœlo & in terra visibilia, & invisibilia sive Throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates omnia per ipsum & ad ipsum creata sunt; & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Coloss. I. 15. 16. 17. 18. & Apostolus in Epistola ad Hebreos inquit de Christo: Tu in principio, Domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. c. I. v. II. qvod dictum eo accuratius de Christo creatore observamus, quo excellentius ipsi in casu recto opus creationis attribuitur, cum alias hostes divinitatis & Majestatis Christi in particulis IN & PER nescio quæ latibula quærant, & divinitatem ipsi disputare velint. Unde non placuit mihi illa in Justino Martyre lecta phrasis, qui in dialogo cum Tryphonie iudæo f. m. 279. Christum τὸν Ἰησοῦν ὄντα & μηντίς τὸν οὐρανόν ad ministratorem existentem Creatoris universorum Dei vocat, & iterum f. 180. τὸν Ἰησοῦν τὸν οὐρανού, qvod in eodem dialogo

f. 283.

f. 283. 284. repetitur, unde & Athanasius hanc phrasim rejicit in tractatu de communi essentia Patris Filii, & Spiritus S. f. m. 622. Non potest inquit, Christus & Dominus simul, & Jesus dem rei minister esse: Si enim minister est, super vacaneum est ergo nos baptizari in nomine ministri, quod f. 625. gravissimis verbis repetit. Speramus interim meliorem justini mentem fuisse, quam verba, utpote qui ante controversias Arianas haec protulerit, licet in malam partem ea, ut solent, Aiani rapiant, & ex optimis & antiquissimis patribus Graecis & Latinis testimonia contra deitatem Christi contra mentem sanctissimorum Patrum compilent; quod Christophorus Christophori Sandius in tractatu suo *Dei & Iesu* & in nucleo historiae Ecclesiasticae non sine insigni audaciâ fecit, quod non fecisset, si ea, quae Jesu Christo in sacris attribuuntur prædicata ponderasset, & vim illorum sensisset. Creator noster est, & conservator, per quem sumus, vivimus & moveremur, & providentiâ suâ, quae est quasi continua creatio, mundum conservat, & gubernat, adeo ut sit una cum Patre & Spiritu Sancto in his de creatione & providentiâ articulis *Ἐλαύανης*, caput Angelorum, Rex & conditor Hominum.

§. 16. Hic triinus Deus, atque adeo ipse Filius primum hominem ad imaginem suam creavit, ipsâlitera testante. *Faciamus hominem in imagine nostra ad similitudinem nostram*, in quibus verbis decretum Dei continetur, nunc executio decreti sequitur. Et creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum, masculum & feminam creavit illos Genes. n. 2. 6. 27. Quid fuerit, & in quoniam innata illa & concreata imago divina constiterit, ex Paulo discimus induite, inquit, novum hominem, qui renovatur in agnitionem Dei, secundum imaginem ejus, qui creavit illum Coloss. III. 10. & iterum: *Induit novum hominem*, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Cum igitur Christus secundum Deitatem sit ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ἡγεμονία τῆς κατανοώσας αὐτὸς: *Splendor gloriae, & character seu expressus image substantiae illius* & Coloss. 2. v. 15. *εἰναὶ οὐαὶ ἀρετὴς imago Dei invisibilis* dicatur, & cum novum hominem induimus, renovemur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum, quis negabit, Filium Dei in articulo hoc de imagine Dei influere?

fluere? Hæc quidem verissima sunt, Christum Deum & hominem! & ut Mediato rem consideratum non influere in hunc articulum, ut pote cum Mediator non opus fuerit, quando homo nondum lapsus erat; attamen quo jure $\lambda\gamma\zeta$ creator hominis dicitur, eo jure etiam homo ad imaginem Ejus, qui Deus est dicetur creatus.

§. 17. Ex hoc statu instituto, scilicet integratis in destitutum prolapsi sunt primi parentes ex abuso liberi arbitrii ad rem vestitam spontaneo motu, non necessitate aliquâ fatali aut vitio naturæ acti: uti prædeterminantismus Reformatorum stoicus ex absoluto decreto ortus huc collimat. Rectum enim & sanctum Deus hominem condidit, at per seductionem satanæ peccatum & mors in mundum introiit. Sicut enim per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors ita in omnes homines mors portransit, quia omnes peccaverunt: Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortuisunt, non & paucis multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit, unius hominis Iesu Christi eis tunc nullæ in meiosis in mulcere exuberavit. Sicut etiam per unius hominis obedientiam peccatores multi constituti sunt, ita & per unius obedientiam justi constitutur multi. Sicut & regnabit peccatum in mortem, ita & gratia regnat per justitiam ad vitam eternam per Dominum nostrum Jesum Christum, Rom. 5. v. 12. 14. seq. Ex hoc videmus, catenam fidei in ansulâ de creatione per ansulam articuli de lapso ex concreata imagine primo homine immediate conjungi, conjungi etiam restorationem per Christum ad imaginem Dei. Quicquid enim in Adamo ceu primo homine amissimus, hoc in superabundantiâ & pleonasimo gratiæ divinæ in Christo accepimus, & recuperavimus. Secundus homo, de cælo restituit, quæ primus perdidit. In lapsum qua talem non influebat Christus, influxit tamen in restitutionem lapsus per gratiam suam. Un de prima illa vox Proto evangelij protoplastis & nepotibus ejus dulcissima fuit Genes. III. 15. Inimicitiam ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen illius. Ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. Papistæ quantum in ipsis est, excludunt, hic Christum, & Mariam introducunt, atque adeo catenam hanc per Proto evangelium à Christo factum acerbissime dissipant. Unde opus est, ut primarium hoc dictum excutiamus, & Evangelicam nostram in Christo veritatem contra veritatis hostes

Stes firmemus. Bellermius **Cardinalis** contra B. Chetniciu*m* dispu-
tans patrocinium Mariæ sibi sumit, & vidisse se unum exemplar
Hæbraicum, in quo non **רוּא** sed **נָרַת** ipsa, non ipse legatur, lib.2.de
Verbo Dei c. 12. f. m. 128. sed primo non audet assertere, quale fuerit
illud exemplar, & si vel maxime fuisse ipsi conspectum, nonne
unum illud contra tot testimonia & exemplaria fide dignissima
est quasi laceratus & debilis miles contra totum fortissimum
militum exercitum? Cl. Hacspanius in Gen. c. 3. f. m. 86. codicem, quem
Bellarmiu*s* viderit, non **רוּא** sed **נָרַת** legit, & fraude Gvidonis
Fabricii in gratiam Comitis Mirandulan*i* textum corruptentis hoc
sphalma irrepsisse asseverat. Lovanienses in catalogo variarum lec-
tionum duos MS. Hebræos, Chaldæos, Græcosque codices pro-
nomen masculinum habere fatentur, quam lectionem multi ex
Papistis approbarunt, qvorum catalogum Sixtinu*m* Amama in illustri
Frisiæ ordinum Academia Hebraicæ lingua professor in c. iii. Genes.
f. m. 8. adducit. Et ipse contextus loquitur, ex prædicatis clarissimè
probari posse, non mulierem, sed semen mulieris, qvod Christus
est Gal. III. contritum caput serpentis, quod nec Eva, nec Ma-
ria facere potuerunt. Non negamus quidem remotis punctis **רוּא**
legi posse **רוּא** & proponi interdum apud Hebræos, quod in versu
12. & 20. in hoc ipso cap. III. Genes. occurrit; ad quod in utroque
versu **רוּא** legendum sit ex additis fœmininis! **נָרַת** v.12. & v. 20.
statim patescit. At in nostro loco mera malculina leguntur,
& iterum **רוּפְךָ** His omnibus tamen posthabitatis malue-
runt Pontifici & impudentiores parasiti non tantu*m* lxx. interpretes, sed
& utrumque Chaldæum, imo codices Hebræos corruptos censi,
quam locum hunc pristino nitori restituere, quæ pertinacia hoc
nobis persuadet, non de nihilo esse, qvod hanc lectionem tam mor-
dicus retineant, ut eō melius Mariodulian*i* defendant, contra qvos
magnus Græcorum Pater Epiphanius recte dixition λάβη την
τελικήν την αγίαν μαργένον των τετταρεών δοξαλόντων, εκεί
peccare illos, qui vilē & abjectam velint Mariam virginem,
quam qui prodigiose & ultra quam fas est illam extollant, qvod cer-
te faciunt illi, qui prædicata illa Genes. III. Marie adscribunt, quæ
cumen soli Christo debentur. Maria enim non influit in opus re-
cedem

redemptionis meritorum, sed Christus, serpentis antiqui conculator solus.

S. 17. In hac conculatione mali, & restitutione humani generis satis aeternum suum in genus humanum amorem declaravit Jesus noster, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omni, qui credit in eum, non pereat, sed vitam eternam habeat. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut condemnet mundum, sed ut servetur mundus per eum Joh. III. 16. 17. Deus, qui dives est misericordia propter maledicentem charitatem, quod dilexit nos, eum esse in mortuis in peccatis, convivificavit nos una cum Christo, simulque cum eo resuscitavit & simulcum eo sedere fecit in caelis in Christo Iesu. Ephes. II. v. 4. 5. 6. Deus vult omnes homines salvos fieri. Ad agnitionem veritatis venire. Inne enim Deus est, & unus mediator DEI & hominum, homo Iesu Christus, qui dedit semetipsum in premium redemptiois pro omnibus. 1. Tim. 2. v. 4. 5. 6. Petrus Apostolus adhuc stringentius cum expressa & universal negatione oppositi usque ad individua universalitatem misericordiae & dilectionis DEI & Christi probat, quando ait: *Haud tardat Dominus, qui promisit, quemadmodum nonnulli tarditatem Christi existimant, verum Maxime tu qui es ipsas patientiam longanimi erga nos patiens es, nec vult nullos perire, sed omnes ad paenitentiam reciperes.* 2. Petri III. 9. Piscator contra Schaffmannum de praedestinat pag. m. 39. voci *nras* addit *εξηντι*, ut sensus sit, Deus nullos ex nobis electis, qui credimus, vult perire. At loquitur de impiis v. 3. 4. quijuxta carnem ambulant, & dicunt, ubi est promissio adventus ejus? cum ergo vox *nras* non ad electos, sed unum quemadquisitum quisquis ille sit ex impiis, referatur, cadit illa Reformatorum distinctio de generibus singulorum, cu perillā vocē siugula generū clare significantur, nec velit Deus nullos & ne hunc ex illis perire, ut moriantur. Mors non genera singulorum, sed singula generum invasit, ita etiam singula generum non vult perire miserator hominum. Quam late patet universalitas lapsus, nemine individuo excepto, tam late patet catholicismus Amoris divini in Christo, qui est *Salvator omnium hominum, maximò fidelium*. 1. Tim. IV. 10.

S. 19. Possemus totum articulum de Christo *Jesus Christus* hic exsolvere & demonstrare, quomodo ille cum merito suo in salutem nostram

nostram influat, quomodo sit Propheta, Rex, & sacerdos noster
& omnia sit & in omnibus, sed cum nemo non videat in articulo
de Christo Christum influere, quem sine Christo velie conci-
pere, sit concipere sibi velle solem sine sole, inde non his immora-
mur, si modo hoc unicum atrulerimus, tam necessariam fuisset
mortem & satisfactionem Christi, ut citra hanc Deus Pater nec vo-
luerit, nec potuerit cum plenaria dilectione nos dilexisse, & sibi
acceptos reddidisse. Nam si potuisset nos amare in initio citra
ullum Christi satisfacturi respectum, potuisset etiam in medio, po-
tuisset in fine. Ita igitur antecessit Amor, ut Amor divinus non
sit segregatus à meritô Christi, & inseparabilis plane respectus ad
Christum maneat, & aeternâ catena duæ illæ in Joh. III. particulae
¶ dicitur dedit Deus, & ut unigenitum Filium suum daret, cohærent &
conglutinentur. Extra Christum ex innata & ardente contra pecca-
tum justitiâ Deus est ignis consumens, sed in Christo reconcilia-
tus & gratiosus nobis factus est Pater. Quia ergo in amore & mi-
seratione divina conjunctissima sunt, homo ne separet. Augustinus
Varenius, vere Augustus Theologus, optime hæc expressit, &
articulum de interveniente Christo, articulo de lapsu hominis con-
catenatum copulavit, necessitatemque meriti Christi ostendit in *An-*
ticulacio *nismo Orthodoxo Articulus de Misericordia*, ex quâ datus mediator:
Post lapsum, inquit, & misericordiam generis humani naturaliter ineluctabili-
lem in aeternitate prævisam Deus, licet salva naturali & essentiali justi-
tia, vi cuius necessario pñnam exigit de peccatis, nec solo suo imperio,
verbo vel nunciera intervenientem punitionem, vel condignam satisfa-
ctionem hominē redimere, & ex sua misericordia simpliciter peccata condonando
liberare, nec absolute, sine accedente respectu Christi ut mediatoris ac re-
demptoris ordinati ad adoptionem & ad gloriā, & vitam, aeternam prede-
stinare potuerit, nec predestinari, & in filios & heredes vitæ aeterna ab-
miserit, omnino tamen & misereri omnium, & ut omnes ab interitu &
exilio liberarentur, velle potuit, & ipso actu quoque non obstante, quod
eisdem objecção iubratione transgressionis legis & inde inducta culpa & re-
atu considerato, esset iratus, genue humanum per lapsum aſtu atque ma-
litia Diaboli de tanto imaginis excellentissima fastigio dejectum, inque ex-
trema misericordiam precipitatum, miseratus voluit, ut & primi parentes
& posteriores in Adamo facti universaliter transgressores ab iſtu letibali

serpentis ante qui sanarentur, & a morte eterna liberarentur, usque adeo ut non voluerit, ullum ex iam perditio in illo perditionis statu manere, & aeternum sic perire. Quae thesis sicuti contra Reformatos vere & cum emphasi posita est, ita horrendam illam BEZÆ vocem in colloquio Mompelgartenensi eructatam refutat. Quæstitus enim in publico conventu, an Deus unquam dilexerit eos qui p[ro]m nunc sunt damnati, aut in futurum damnabuntur? respondit: Non, & deinceps addit: Nullum tempus vel fuit, vel est, vel erit, quod voluerit, velit, aut volunturus sit Deus singulorum misererit, sed ab aeterno pro bona sua voluntate, & ea quidem, cui resisti non potest, constituit & quorum in Christo misericordia induceret. Cui atroci & horridæ sententiae juramentum Dei viventis opponimus, vivo ego, nolo mortem peccatorum, sed, si convertatur, & vivat. Ezechiel. XXXIII. ii.

S. 20. Universalis hujus Dei Philanthropias in Christo ordinata articulum excipit in catena fidei articulus de vocatione universali, quam Christus ex mandato suo universalem voluit, & dixit iste in mundum universum, & prædicare Evangelium omni creatura. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Marc. 16. v. 15. 16. Mandato paruere Apostoli, ideo adficitur v. 20. Illi autem profecti prædicaverunt ubi que, Domino coope- rante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Confirmat hoc genitum Doctor Apostolus Paulus & pro more suo querit, ut fortius affirmet. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Rom. c. 10. 18. Et luculentius in Epistola ad Colossenses. c. i. 23. ait. Evangelium quod auditis prædicatum est in universa creatura, quæ sub calo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Hoc & Roman. I. v. 4. 16. 17. asserit & se ad Evangelium prædicandum à Deo ordinatum esse, & per Christum se accepisse gratiam & Apostolatum ad obedientiam fidei sub nomine ejus inter gentes erigendam. Ex quibus palam est, Christum, non solù Evangelii, suā ab ipso dūva p[ro]m habentis, & sub nomine ejus per prædicationem Apostolicam, obedientiam fidei erigentis, esse fundamentum, adeoque etiam in articulum de Evangelio influere, sed etiā quantum in se est, omnes homines voluntate antecedente vocare voluisse & actu ipso vocare, idque non solum ostensive, seu quid ipsorum officii sit, illis per externam prædicationem ostendendo, sed & positive, & effective

effective gratiam spiritus internam, Christi merito partam, ad conversionem sufficientem, seria & mediorum & finis intentione offrendo, & per illam trahendo. Unde non solum ipse Christus, cum in terris esset, homines ad regnum Dei vocavit, & dulce suum. *Venite omnes ingeminavit* Matth. XI. 21. 23. Luc. 14. 23. sed etiam Apostolis suis id serio demandavit.

S. 21. Non solum etiam verbo suo usque in hunc diem amorisfluam suam voluntatem ostendit, sed etiam media illa ordinaria Baptismum, & sacram cenan in salutem hominum, quantum in se est, destinat, atque ita nihil relinquit, quod vineæ sua inservire possit. Vitis vera Christus, in cuius nomine baptizamur. Math. 28, 19. in illam per baptismum inserimur, & induimus ipsum cum omnibus beneficiis ipsius, utpote in cuius mortem baptizati sumus Joh. 15. v. 1. Rom. vi. 2. 3. Gal. iii. 27. Tolle Christum, & vim baptismi sustulisti, & exuisti vestem illam, in qua tantum Deo placere poteris. In sacra cena Christus corpore & sanguine suo vivifico adeit & pascit suos, & mundat eos à peccatis. Cave hic absentem Christum aut sacras hostias & benedictum vinum in corpus & sanguinem Christi transmutata statueris. Ubi *reservaria*, ibi nec significatio, nec transsubstantiatio locum habet. Atqvi in sacra cena est *reservaria* Ergò. Ita enim Paulus i.cor. 10. 16. *Celix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Tolle hic iterum Christum, & ipsum sacramentum sustuleris.

S. 22. Sedanne etiam V. T. sacramentis Christus influxit? utique. Licet enim non ea ratione, quā in novo testamento Messias, jam in carne exhibitus, præsens fuerit, tamen gratia sua & vi meriti sui infiniti, quod *τέσσαρες οὐρανοὶ στόω* operatus est. Unde & illa sacramenta erant sigilla quædem ad ob signandum aliquid aliud invisibile. *Sebast. Schmidtus* disput 4. de circumcisione typicam rationem afferit, quā Messias ex circumcisione Abrahamo nasciturus præputii amputati instar in carne viliputandus, imo peccatum & maledictio pro hominibus sit reputandus, quod in circumcisione præfiguratum fuisset. Alii alias monstrant convenientias, cum enim circumcisione fuerit sigillum fœderis de benedictione in semine benedicto, & interna circumcisione externæ opposita, analogiam mundati cordis ostenderit, præputium optime

optime statum peccati naturalem; resestio non vero præputii puritatem animi, quæ ex fide est adumbrasse, nec solum jus carnalis agnationis, sed etiam spiritualis deditis, atque ita in charactere circumcisioñis impresso intellectum fuisse Christum, quatenus agnoscendus id est circumcidendus & in beneficium circumcisorum incarandus esset. Agni paschalis res cœlestis ex sacris scripturis satis certa fuit nempe Mæsiis pro hominum peccatis immolandus. cap. 5.7 ita etiam Jobannes 6.19; 8. Preceptum de non frangendo osse agni ad Christum crucifixum refert, habitu sane ad agnum in V. T. respectu maxime conspicuo quod in peculiari disputatione de sacramentis veteris Testamenti Anno. 1684. sub Dn Prælide habitâ pluribus deductum est. Ex quibus omnibus manifestum est, Christum etiam in ipsis sacramentis V. T. tanquam gratia sigillis locum habuisse, immo rem ipsam cœlestem desitaram, si Christus gratia sua exinde fuisset exemptus.

§. 23. Hactenus in catena articulorum fidei illæ immediate sibi cohærentes anulæ ostensæ sunt, ubi à parte Dei triunius omnia media hominilapso, & per Christum erigendo monstravimus, Christumq; in omnibus illis articulis influere probavimus; nunc nihil aliud restat, quam ut ad patentem illum contra peccatum fontem, & ad tantam salutis nostræ anchoram configiamus. Nemo enim jam moritur, hoc hausto antidoto, nemo perit, nisi rejecto hoc per incredulitatem medico, Jesu Christo, qui & medicus & medicina est. Opus igitur est à parte nostra, ut poenitentiam agamus & credamus Evangelio, quæ prima vox fuit Christi docentis, quando clamavit: *Agite penitentiam & credite Evangelio.* Marc. 1.15. Quæ causa est, ut articulum de conversione hominis ad Deum per Christum universalitatè Amoris divini per verbum & Sacra menta efficaci in catena articulorum fidei annexamus. Christus autem in hac materia se iterum nobis offert, nam ille est causa conversionis nostræ. Non enim ex nobis tanquam ex nobis, & viribus liberi arbitrii, sed per ipsius gratiam sumus quod sumus, ille in nobis & velle operatur, & perficere in omni opere bono. Phil. 2.13. Quando enim caro omnis viam suam perdiderat, via factus est Christus & pedes nostros insemitam pacis deduxit. Christus est, qui Paulum, Christus est, qui omnem hominem venientem in mundum luce sua illuminat, salvis economicis

iniciis gratiæ divinæ gradibus, salvis ejusdem superabundantis gratiæ
divitius, talvis ratione gradus continuationis, iterationis donis extra-
ordinariis, & impervestigabilibus circa lapsos & Apostatas viis. In
omnibus tamen secundum beneplacitum suum & menturam gratiæ
in conversione illorum influit Christus, adeo ut expresse in actis le-
gatur, Deum ad dexteram suam exaltasse Christum, ut esset prin-
ceps & salvator δέσμη μετανοίας τῷ πορεγγάλη, καὶ αὐτοῖς αὐτοῖς, ad
dandam pœnitentiam Israeli, remissionemq; peccatorum, quod
Christo tam secundum divinam, quam humanam naturam com-
petit. Ille ergo nos convertit, conversi agimus pœnitentiam. Je-
rem. 31.18.19. Licet etiam renatos in qvoridiana carnis mortificatio-
ne cooperari concedamus, tamen non suis, sed Dei viribus hæc
agunt, qui omnibus gratiam suam offert, & pertotum diem ma-
num suam extendit ad populum perversum.. Cum igitur in scripturis Deus dicat, facite vobis cor & spiritum novum, Deus ipse ta-
men, qui præcipit, præcurrente gratia sua cor novum facere creden-
dus est, sicuti & scriptura sacra non morali tantum suasione, aut
virtute objectiva aut significativa, sed etiam virtute effectiva pollet.
Aurea verba sunt, qvæ magnus Augustinus de operatione Dei & coo-
peratione nostra per Deum & in Deo protulit in libro de gratia &
libre Arbitr. Tom. 7. fol. m. 1315. 1316. Certum est, inquit nos velle
cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum. Certum est, nos facere
cum facimus, sed ille facit, ut faciamus, præbendovires efficacissimas volun-
tati. Cum dicit, faciam, ut faciat, quid aliud dicit, nisi afferam à
vobis cor lapideum, unde non faciebaris, Et dabo carnem, ut facias. Et
paulo post: Ut ergo velimus, sine nobis operatur, cum autem volumus,
Et sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo vel operante,
ut velimus, vel cooperante cù volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.
Compendiose Salvator unico dicto hæc omnia complexus est, cum
ait: Sine me nihil potestis Joh. 15. Nunc quidem id Deus Pater fa-
cere dicitur, nunc Dei spiritus, nunc Christus, & Christi sanguis, qui
purificat nos ab operibus mortuis, nunc verbum Dei, partim qvia
totius sacrosanctæ trinitatis opus hoc est, partim qvia Christus pec-
uliariter omnia hæc beneficia morte & sanguine suo nobis pepe-
rit, partim qvia verbum Dei efficacia suæ divina ista in nobis o-
peratur.

3.24.

§. 24. Conversioni subjicimus materiam de justificatione,
inquit Christus primas etiam partes agit, cuius merito verâ fide ap-
prehenso in solidum justificatio nostra adscribitur, sicuti etiam
Christo in solidum debemus, quod credamus, quippe qui est
~~de~~
Et he manet in articulo justificationis
omnia & in omnibus Christus. Tota epistola ad Romanos, Iesum
in ore habet unicum, in quo coram Deo justificemur; nam cum
gentes & que ac judæos peccati reos convicisset, nullamque illis su-
perseveram justitiam demonstrasset, tam diu sub maledictione
eos esse afferit, usque dum ad Iesum properent, qui pro nobis ma-
ledictio & peccatum factus est, ut in ipso fieremus justitiae, quæ co-
ram Deo valet. Hoc exemplis illustrat, & tam Abrahamum ante
legem quam Davidem sub lege, non per legem, sed per fidem gra-
tis salvatos afferit; & licet lex bona, iusta sancta & spiritualis fuerit,
tamen sanctos, justos & spirituales homines efficere eā potuisse negat,
esse quidem speculum quod monstrat nœvos, non vero tollat, le-
gem, ex imbecilitate carnis nostræ, nunquam posse impleri, cuius
impletionem tamen urgeret rigorissimus legis lator, quod in epi-
stola ad Galatas pluribus etiam tractat Apostolus, inde sequi, si Chri-
stum, unicam nostram coram tribunal Dei justitiam tollas, de-
sperationem pedissequam, ne vero illa timenda sit, Christum esse
fide apprehendendum, in quo sit vita æterna, nec ullam condem-
nationem locum habere posse in illis, qui essent in Christo Iesu, qui
pro peccatis nostris mortuus esset, & propter justitiam nostram
resurrexisset.

§. 25. Nunc quædam loca illustria pro justificatione nostra
per Christum perficienda afferemus: Justificamur gratis per grati-
am ipsius per redemptionem, quæ per Iesum Christum facta est, quem
proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius *εἰς τὸν*
τίτλον δικαιούντος αὐτοῦ Αγαλαζόντων τὸν γενερόταν ἀμαρτημάτων
εἰς τὸν ἀνθρώπον *εἰς* ad ostendendam justitiam suam in præsenti
tempore, in hoc ut Ipse sit justus & justificans eum, qui est ex fide
Iesu. Rom. III. v. 24, 25, 26.. justificati igitur ex fide pacem habemus
cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum c. s. v. I. justifi-
camur sanguine ipsius v. 9. & reconciliamur Deo per mortem Filii
cujus

ejus v. 10. & 2. Cor. s. 18. 19. 20. 21. Scimus hominem non justificari ex operibus legis; nisi per fidem Jesu Christi & nos in Christum Iesum credidimus ut justificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propterea, quod non justificatur ex operibus legis omnis caro Gal. 2. 16. Si data esset lex, quae posset vivificare, verè ex lege esset justitia; sed conclusit scriptura omnia sub Peccato, ut Promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus; c. III. 21. 22. Ubi ergo gloriatio vestra iudicis & omnes iudicantes, sive sitis Sociniani sive Papai, sive alii fanatici aut heterodoxi, qui non in solidum Christo, & ipsius merito per fidem apprehenso omnia adscribitis, ubi est gloriatio? exclusa est. Per quam legem? Operum? Non, immo per legem fidei. Quandoquidem unus Deus est, qui justificat circumcisio[n]em ex fide, & preputium per fidem. Gal. 3. 27. 30. Evidem ipsi iudeis, nos addere possumus iudaizantibus omnibus, dat testimonium, quod zelum ob deum habeant, sed ἐν γῇ ὀπίστωσι, quia non cognoscunt justitiam, quae coram Deo valet, sed suam ipsius justitiam erigere tentant non subjecti justitiae, quae coram Deo valet. Christus illa est justitia עֲדָלָה יְהוָה Jerem. 23. 6. Christus est finis legis, qui in ipsum credit, salvatur. Hoc verbum est de fide, quod prædicamus. Nam si ore confitemur Iesum, quod sit Dominus & in corde credimus, quod ipsum Deus ex mortuis suscitaverit, Salvatur. Corde enim creditur ad iustitiam, ore sit confessio ad Salutem. Rom. 10. 2. 3. 8. 9. 10. in Augustana Confessione hoc brevibus, at significantibus verbis exprimitur Ecclesia magno consensu apud nos docent, quod homines non possint iustificari coram Deo propriis viribus, meritis aut operibus, sed gratia iustificantur propter Christum per fidem, cum credunt se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum, qui suâ morte pro peccatis nostris satis fecit. Hanc fidem imputat Deus pro iustitia coram ipso. Rom. III & IV.

S. 26. Christus hic omnia est, & in omnibus, & pondus addit toti momento iustificationis. Quamvis enim ex potentia Dei δύεται iustificetur, sine illo vel nostro vel aliorum sanctorum, sive in celis sive in terra existentium, merito, tamen illa pura gratia aeternum respectum in iustificatione æque ac in electione habet ad meritum Christi, que fide apprehenso iustificamur. Iustificat enim nos Deus propter Christi iustitiam, tum ut causam meritoriam, tum ut causam impulsivam, quippe qui merito suo movet Patrem, ut & velit omnes in Christum credentes iustificare, & actu ipso iustificet, quatenus nempe Filius Dei obedientiam hanc suam, fide apprehensam, Deo Patri in celis presentat cum intercessione pro nobis & advectione, quae peracti à se sacrificii virtute nititur. Ingressus est, inquit Apostolus, in ipsum celum, ut apparcat nunc in conspectu Dei pro nobis;

D

Hebr.

Hebr. XI. 24. Filioli hæc scribo vobis, ne peccetis, si quis tamen peccaverit, ad vocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, qui justus est. **Ioh. 2.1.** Rom. 8.34. Nulla in actu hoc justificationis nostræ opera, qualia qualia etiam sint, sive ex lege sive ex fide illa fluxerint, influunt. Stat firmum illud Pauli argumentum exclusivum: *Quodsi per gratiam, jam non ex operibus, alioquin gratia non esset gratia, si ex operibus, jam non ex gratia, alioquin opus non esset opus.* Si aliquo modo gratia cum operibus in momento & actu justificationis esset comparsibilis, non sic argumentatus fuisset Apostolus, nec unum alteri contradictione opposuisset. Gratia igitur illa, per quam in Christo justificamur gratiosissima est, & gratuita, per quam in Christo nobis remittuntur, seu non imputantur peccata, imputatur vero justitia Christi, quæ duo se invicem sequuntur, ut simulac remissa sint peccata credenti in Christum, qui factus est pro nobis peccatum, simulac justitia Christi illi imputetur & siamus in ipso justitia, quæ eorum Deo valet. Ex quibus omnibus sole clarus elucescit, Christum ejusque meritum esse omnia in omnibus, & sublato Christo solvi totam vim justificationis, ipso vero ubique influente totam articuli cœmpagem manere firmam, quod erat demonstrandum.

S. 27. Justificationem excipit Articulus de unione mystica, ubi Christus dulcissimum nexus iterum facit. Quocunque enim justificavit, hos in fide sibi desponsat tantus Amator, & per illam unionem homini fidelis gratiam suam & beneficia omnia merito suo parta ipsis obsignat. De hac unione in sacris multa. Per fidem inquit Paulus habitat Christus in cordibus nostris Ephes. III. 17. Nemo unquam carnem suam ordio habuit, sed nutrit & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis ejus de carne ejus & de ossibus ejus. Propter hoc relinquit homo Patrem & matrem suam, & adhæredit uxori sue, & erunt duo carne una. Sacramentum hoc magnum est, loquor autem de Christo & de Ecclesia. Ephes. V. v. 29. 30. 32. Christus, vitis illa vera de sancta hac unione sub dulcissimo aliquo simili quam lavavissime loquitur: *Manete in me, & ego in vobis sicut palmettes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Ego sum vita, vos Palmites qui manet in me, & ego in eo, habeo fructum multum, quia sine menib[us] potestis facere. Joh. XV. 4. 5. In veteri testamento pulcherrimus etiam locus est Hosea. c. 2. v. 16. 10. Et desponsabori mibi in secutum, & desponsato te mibi in justitia, & iudicio, & misericordia & miserationibus & desponsabore mibi in fide, & cognosces Dominum. En Christus hic omnes sponsi cœlestis partes agit, & fidelis animæ secundum utramque naturam, vi Apotelesmatis Jeandpinus, ubi utraqve

traqve natura agit qvod suum est cum communicatione alterius, & qvæ inde
fluit, præsentia alterius, qvam arctissime conjungitur. *Pater & Bi-*
ritus sanctus qvidem hic non excluduntur, cum hæc unio mystica sit opu
ad extra adeoque indivitum & tribus divinitatis personis commune, qvarum
ut una est essentia ita una est regula: At Christo ex peculiari appropriandi modo
peculiariter competit desponsatio, ubi ad hunc actum non solum efficienter,
sed & terminative coocurrat nec in sacris legitur de Patre vel de spiritu sancto,
qvod vel Patris vel spiritus Sancti sponsa dicatur, sed sponsa filii, qui & causa
meritoria est, qvæ illam nobis unionem per satisfactionem suam & justitiam
& obedientiam tam activam, qvam passivam meruit. Hanc unionem ne
mo digne intelligit, nisi is, qui est in Christo & qui unus cum ipso spiritus est: &
tamen sponsa hæc ad secretissimum thalamum & dulcia colloquia & mysteria
admissa, verba non invenit, qvibus eloquatur, qvælensit & qvæ videt in verbis
& per verbum, cujus dulcedinem gustat, & majestatem illius, ex quo ver
bum tantum fluxit, experitur.

s. 28. In hoc conjugio spirituali & felici thalamo varios
Deo placentes fructus, tanquam filios filiasque parturit
sponsa fidelis, qvos fructus illi debet, à quo virtutem & principium omnis
bonæ actionis accepit, qui est ille ipse, quem qværimus; & invenimus etiam
in omnibus fidei articulis, Iesus Christus, qui per verbum & Sacra menta &
facit filios, & facit, ut faciant opera ex fide fluentia, qvæ eo ipso, dum flu
unt ex fide tanquam consecaria, non possunt influere justificationem sed
ex nota illa Theologum regulâ tantum sequuntur justificatum, non præce
cedunt justificandum. Ex hoc etiam manifestum est, articulum de Bonis
operibus seqvi & justificationem & unionem mysticam: ex qvâ fluunt, licet
ostendant esse nos justificatos & in unione mysticâ constitutos, qui Deo fru
ctum ferunt, qui vero peccatis, seu malis operibus delectantur nec esse ex
Deo natos, nec justificatos, nec fideles, utpote qui si vel maxime antea in fide
& per fidem justificati & in unione mysticâ copulati fuerint, nunc excusserint
spiritum sanctum, & fædiragi facti divortium spirituale fecerint, firmâ
interim semper manente à parte sponsi voluntate, qvâ vult ut rursus ad
se redeant, & per fidem insanguine suo remissionem peccatorum inveniant.
Sicut igitur nemo causam habet, cur desperet; ita nec est, cur sit securus,
multò minus, ut quis sibi placeat imaginari fide suâ, cum peccatis & volun
tatibus suis servit non vero mandatis Dei, qvæ secundum dispensationem Evan
gelicam servat fidelis amator Dei & Christi. contra qvem voluntate plena &
proæreticis peccatis non peccat spiritualis sponsa, sed potius gaudet, si per
sponsi gratiam ea, qvæ sponso placitura sint, fecisse se deprehendat. Tota

epistola Johannis plena est hisce veritatibus, Annunciamus vobis, ut & vos
societatum habeatis nobiscum & societas nostra sit cum Patre & cum Filio
eius Iesu Christo. 1. Joh. 1.3. En unio illa & communio, quæ ex unione lequi-
tur, & quæ unionem prælupponit, secuti hæc præsupponit justificationem,
quæ sequitur demonstratio & effectus justificationis & unionis spiritualis: Deus,
inquit, lux est, & tenebrae in eo non sunt ulla, si dixerimus, quod societatem ha-
beamus cum eo, & tamen in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non
facimus, si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem ha-
bemus inter nos mutuam, & sanguis Iesu Christi Filii eius emundat nos ab
omni peccato v. 5. 6. 7. Et per hoc scimus, quod cognovimus eum, si mandata
observamus: Qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non facit, mendax est, &
veritas non est in ipso: Qui autem sermonem ejus servat, in hoc vere est
Charitas Dei perfecta (πνειωτική) & per hoc scimus, quod in ipso sumus.
Qui dicit se in Christo manere, tenetur, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare
c. 2. v. 3. 4. 5. 6. Filioli nemo vos seducat, qui facit justitiam justus est, sicut
& ille iustus est: qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam & initio di-
abolus peccat. Omnis autem qui natus est ex Deo, peccatum non facit,
quoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare, quia ex Deo natus est
In hoc manifesti sunt filii Dei & filii Diaboli. Omnis qui non est iustus, non est
ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. c. III. 7. 8. 9. si ergo scitis, quod ipse
iustus est, scitote, quod omnis, qui facit justitiam, ex ipso natus est. c. II. 29.
Omnis qui credit Iesum esse Christum, ex Deo natus est & omnis qui dili-
git eum, qui genuit eum, diligit & eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus
quod diligamus filios Dei, cum Deum diligimus & Præcepta ejus observamus
c. 5. 1. Ne autem quis ex imbecillitate nostra, quæ non possumus omnem justitiæ
divinæ rigorem implere, simpliciter contra omne iustitia studium imposs-
ibilitatem præceptorum objiciat, quæ objectio illis, qui non amant Iesum,
solet esse quam familiaris, occurrit eis, & ait: Hæc est Charitas Dei, ut præ-
ceptra ejus servemus, & præcepta ejus non sunt gravia. Et quomodo gra-
via sint homini veri fideli? qui Christum in se habet, per quem & minia potest
& per cuius cognitionem & aīm ī pūlī ūrīs Jēīas dūvā mēwās au tā & wēs ūnū
ngū & vōr̄fēas sunt donata 2. Petr. 1. 3. Quomodo gravia? cum fides sit tanta po-
tentia, quam ex Deo habet qui potentissimus est, ut non solum in confictu
cum mundo vincat, sed & ante confictum ex certitudine victoria, in quâ
sumus ὑπερικρίτης Rom. 8. 37. jam tum dicatur ἡμῖνος νίκης ρωτα &
jam vicerit mundum, testante Apostolo, omne, inquit, quod natum est ex DEO,
vincit mundum, & fides nostra victoria est, quæ mundum vicerit. 1. Job 5. 4.
§. 29. Omnia hæc, quanta quanta sint, quæ fidelis sponsa sic potenter
efficit

efficit, ex Christo sunt, & ex potenti ipsius spiritu, unde & in hoc articulo
de bonis Operibus Christus influit, & omnia & in omnibus est, quod scriptura
etiam clarissimis verbis testatur: Oros, inquit Apostolus, ut Charitas ve-
stra magis magis exuberet in agnitione, omnig, intelligentie, ut probetis
qua sunt præstantia, ut situ sinceri, Cui nemini sit offendiculo usque in
diem Christi, impleti fructibus justitiae, qui sunt PER JESUM CHRISTUM
ad gloriam & laudem Dei. Phil. i. 9. 10. 11. ipsius enim sumus factura creati in
Christo Iesu in Operibus bonis, qua preparavit Deus, ut in eis ambularemus
Ephes. c. 2. 10. Sicut palmes non possunt ferre fructum a se ipso, nisi manserit
in vite, sic nec vos, nisi manseritis in me. Ego sum vita, vos palmitos, qui ma-
net in me. Ego in eo, fert multum fructum, quia sine me nihil possitis. Joh.
xv. 4. 5. In Cantico Canticorum opera & fructus suos Sponso Christo
adscribit Sponsa, ut hoc ipso testetur, non tam sua, quam Sponsi esse, quia
ea in se operatus est. Quemadmodum enim Apostolus ait, non tam se vel-
vere, quam Christum in se, qui se redemit, & dilexit, ita & haec Christo ad-
scribit, licet ipsa sit subjectum denominationis, quod credit, & cui Sal-
uator eam vivificæ fidei esse, attribuit. Venia, inquit, dilectus meu in
hortum suum, Et commedat fructum, pomorum SUORUM. Cant. 5.1.

§. 30. Quando igitur Sponsa haec Dilecta ex Christo vivit & fructus
suos profert, ac fœcunda mater est, quæ indies magis magisque Christo fructifi-
cat, tunc datur ei auctor gratia & magis purificatur, ut plures afferat
fructus; Joh. XV. 2. Hic & unio arctior & intimior evadit & fortius
diligitur Sponsa, quæ ornatior est in fide per charitatem efficace Eph. III. v. 17.
Hic habitare & loqui in templo suo instituit, & tesseram, & signaculum, &
arhabonem Spiritus S. cum pleonasco gratiae suæ largitur tantus Amator,
ut sciant, te esse & mansuros esse hæredes Dei & Cohæredes Iesu Christi.
Ex quo articulus de Perseverantia Sanctorum & certitudine Salutis nostræ
nascitur, & veluti ansula quædam connectitur, quæ per Christum firma, &
mansura est in æternum. De hac firmitudine & perseverantia loquuntur
Apostoli verbis significantissimis, & cohortantur ad eam, Petrus in Epi-
stola secunda c. 1 v. 9. seqq. Vos inquit, omni adibistro studio subministra-
te in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam, in scientia temperantia
am, in temperantia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem
fraternitatis, in fraterno vero amore communem amorem. Hac si vobis-
cum adsint, Et exuberent, non vacuos, nec sine fructu vos esse sinent in Domini
nostræ Iesu Christi cognitione. Cui vero haec non adsint, in cœcius est
Et manus viam certarobium purgationis veterum suorum delitorum. Quia
propter fratres, magis magisque operam date, ut VOCATIONEM

D 3

ET.

ET ELECTIONEM VESTRAM FIRMAM EFFICIATIS, hoc enim si
feceritis: nequaquam cespitabitis: Sic etiam abundantius sub ministran-
bitur vobis introitus in aeternum regnum Domini nostri Iesu Christi: Enca-
tena virtutum ex fide pullulantium quas si omni studiò servaverimus Beata,
iur ipso tamen etenim nos faciemus. Paulus fuit *io. 4. 29. 10. 16.*
cognovitque obligantem Spiritum Sanctum, & per gratiam Christi,
se esse electum, Scio, inquit in quem credidi & Certus sum, quia,
potens est depositum meum servare in illo diem. 2. Tim. 1. 12. Et in corpore adhuc
constitutus de certissima sua salute sic effatur. Bonum certamen certavi,
cursum consummavi si dem servavi. Quod superest, reposita est mihi justicie
corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui est justus iudex, non solum
autem mihi, sed omnibus, qui diligunt adventum illius. 1. Tim. IV. 6. 7. 8. Et
in Epist. ad Rom. c. 8. v. 33. seqq. Quis accusabit electos Dei? Deus est, qui justifi-
cat, Quis est qui condemnat? hic Christus est, qui mortuus est, immo qui &
suscipiat est, qui sedet ad dextram Dei interpellat pro nobis? Quis nos se-
parabit a charitate Christi! tribulatio angustia! an famae annuditas?
an periculum? an persecutio? an gladium? sicut scriptum est, propter te
morti tradimur terra die, habiti sumus velut oves destinatae mactationi;
sed in his omnibus separamus propter Eum, qui dilexit nos, certus enim
sum quod neque praesentia neque futura neque altitudo, neque profunditas,
neque ulla creatura alia poterit nos separare a dilectione Dei, qua est
in Christo Iesu Domino nostro. Et ne quis existimet, ut volunt Pontificii, qui
ex absurdo dubitationis suæ omnes fidèles præter Apostolos de certitudine
salutis dubitare debere in concilio tridentino sessione sexta c. 6. & 12. fol. m.
56. 59. asseverant, Paulum tantum de se non vero de aliis etiam electis & ob-
signatis loqui expresse in v. 28. 29. 20. 31. 32. & 39. ad omnes obsignatos appli-
cat & in epistola ad Timotheum non sibi solum repositam esse coram ait, sed
omnibus diligentibus apparitionem Iesu Christi. Johannes etiam ingenere
de iis loquitur. Qui servat mandata ejus in illo manent, & ipse in eo, &
per hoc scimus, quod maneat in nobis, è spiritu quem dedit nobis. 1. Joh. III. 24.
quod in c. 4. v. 13. repetit. & in Apoc. c. 2. 17. Quicunque vicerit, huic dabo
manna absconditum, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scie-
nit qui accipit. Et c. 3. 12. Qui vicerit, faciam illum columnum intempro
Dei mei, & fras non egreditur amplius, & scribam super eum nomen Dei
mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalæ, qua descendit de celo à Deo
meo, & nomen novum novum. En in hoc articulo de perseverantia sanctorum
Christus, qui in hac Apocalypsi loquitur, expresse dicitur signare & firmare
electionem nostram, ut manifestum sit, & huc esse Eum omnia & in omnibus

§. 31. Ex hisce sanctis fidelibus justificatis per Christum, & in ipso unitis,
& fructu ferentibus in æternitatem duraturos resultat Articulus de Ecclesia, qui in
ordine & catenâ articulorum fidei jam sequitur. Sicuti enim universalia ex particularibus & individuis, ita & Ecclesia seu collectivum quid ex individuis & uno
quoque fidelium resultat & colligitur. Hujus ecclesiae caput Christus Coloss. 1.
18.. non Papa, qui se sponsum Ecclesie & Epitopum ecumenicum appellat, & tan-
tum Christo detrahit, quantum sibi ex illis prædicatis tribuit, qui Christo soli
conveniunt, ut Archiepiscopo & Pastori animarum nostrarum, in quo fideles omnes
ut membra capiti cohaerent, & uxor Agni dicuntur, non hominis, nec homi-
num serva est, sed famula ejus, qui se sanguine suo pretioso redemi. In hec capite
omnes fideles, & ipsi inter se coagmentantur, & ex uno spiritu ejus vivunt communio
nem inter se habentes mutuoq; dolore vel gaudio, si quid uni membrorum contige-
rit, afficiuntur. 1. Cor. 12. 12. 26. Crescamus ergo in illo per omnia, qui est Caput, Christus
ex quo totum corpus compadum, & connexum per omnem iuncturam subministratio-
nem secundum operationem in mensuram uniuscujusque membra augmentum corporis facit
in edificationem sui in charitate Ephes. 4. 15. 16. Ad hanc compaginem in ordine suo
servandam Ministerium Ecclesiasticum in quod ratione Virtutis, missionis, & conserva-
tionis influit Christus salutariter constituit, & Apostolos, & Apostolicos viros, à se
ad fidem ductos, ut per ipsos multi ad fidem ducantur, & colligantur. Paulus non
solum à Christo mirabiliter vocatus est gentium Apostolus in bonum Ecclesie sua, sed
etiam praeter illum alii dati sunt, Ipse enim est qui descendit & ascendit supra omnes
celos, ut adimpleret omnia, qui nemo alias, nisi Christus est, ipso dedit alias Apostolos;
alias vero Prophetas, alias vero Evangelistas, alias autem Pastores & Doctores,
ad Consummationem Sanctorum in Opus Ministerii ad edificationem corporis Christi.
Ephes. 4. 11. 12. 1. Cor. 12. 28. 19. Cum autem multi sint, qui non obedient ministris
divinis, atque ideo tubera & βδελύγ ματα sint Christiani populi, adeoq; nec ad
Sanctam illam Christi, & fidelium unionem & communionem pertinent, nec sunt
de Ecclesia, licet sint in Ecclesia, suo tempore planè ab Archi-pastore se parandi.
Ecclesia interim & omnia vere Ecclesie membra tantum à communione illorum
infidelium & impiorum hominum remoti sunt quantum Christus à Ecclesi-
mundanis. Sancta Ecclesia est ab illo, qui sanctus est & efficit, ut coram
ipso in culpati ambulent. Una est, ut unus est sponsus ejus; & triumphale
caput medias inter mundi ruinas exseret usq; ad finem seculiduratura Matth.
16. 18. Cant. VI. 8. 9.

§. 32. Hanc, quam sic sollicite fovit Sponsam Ecclesiam, offeret aliquando
Deo ac Patri suo Iesu Christus, ad cuius vocem tam boni quam mali omnes sub clas-
ficum ultimæ tubæ resurgent, malis ex vindicativâ justitiâ Christi, boni ex peculiari
gratiâ ipsius 1. Cor. 15. 21. 22. Joh. vi. 39. 40. istos pro tribunali collocatos mittet in Ge-
hennam, hos dilectos si bi & benedictos ad æterna gaudia ducet, ubi Visio Dei be-
atifica & vita eterna erit, & erimus qvicunque pii, apud Iesum nostrum perpetuo,
qui verus Deus est, & vita æterna, 1. Joh. 5. 20. Videte q[uod]alem charitatem dederit nobis
Pater, ut filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nobis nos, qui non nobis
sunt. Charissimi! nunc filii Dei sumus, at nondum apparuit, quid erimus, scimus autem,
cum apparuit, quod visuri sumus eum, sicuti est: Et omnis q[ui] habet hanc spem, purifi-

cat

eat se, sicut & ille parus est. Joh. III. 1. 2. 3. Nunc vita nostra abscondita est cum Christo in Deo, cum autem Christus apparuerit, & nos apparebimus cum ipso in gloria, & sedebimus omnes, qui vicerimus mundum, beatiam, & Anti-Christum, cum Christo in throno ipsius, sicut ille sicut & sedet cum Patre in throno ejus! Hallelujah. Apoc. III. 21. Et sic catena articulorum fidei, quæ ex ipsa æternitate effluxit in æternitatem refluit; à primo enim de Deo articulo incepimus, & in articulo de resurrectione & vita æterna finimus, in quibus omnibus Christum influere, atque in illo Compagem totam constitere demonstravimus, & tunc id est.

S. 31. Errant igitur omnes illi, sive sint Naturalistæ, quorum catalogua in eruditâ suâ de Naturalismo contra Bodinum & seclæ ejus dissertatione D. Dickmannus Reg. Sveciæ in Ducatibus Bremæ & Verda Superintend. Generalis contexuit, quorū præcipuas partes præter Bodinum tenent Thomas Hobbes, Herbert Baro de Cherburg Spinolissimus ille Spinoza, quos tres magnos impostores in singulari tractatu magnus Theol. & Holtatia Decus Dn. D. Kortholt nominat, & quorum verba in dissertatione de Osculo juri naturæ cum primo precepto Decalogi olim Gießæ habita attuli, sive etiam Sociniani, sive nonnulli Arminiani, inter quos Stephanus Curcellæus, quem clarissimus Dn. Wurtenbergensis Theologus Dn. Christoph. Wolffin, in tract. suo de obligatione credendi in Christum f. m. 116. seqq. pluribus refutavit. Quo pertinent, qui Scipioni, Herculi, & aliis gentibus beatitudinem sine fide adscribunt. Sinc fide impossibile est Deo placere, æterna regula est veritatis Theologiae. Hebr. XI. Sine Christo non est est Salus. Ille est via ad Patrem, & nemo ad Patrem venit, nisi per illum. Si ergo ponis aliquem salvatü vel salvandum, cave Christum fide ab ipso apprehensum excludas. Omnes enim, quicunque salvi faci sunt, sive Judæi fuerint, sive gentiles, per Christum salvati sunt. Quodcumq; non est ex fide, peccatum est. Habeant speciem magnam virtutes Ethnicorum, nihil valent in conspectu Dei, cuius oculi fidem aspiciunt, nec nisi credenti in Christum faci ent. Veaue Augustinus lib. 4. contra Julianum c. 3. An forte fabričis, Regulis, Fabitis, Scipionibus, Camillis, cateris, talibus profisi est aliquid locum inter damnationem regnumq; cælorum, ubi non sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui DEO non placuerint, cui sine fide impossibile est placere, quam nec in operibus nec in cordibus habuerint. Non opinor perditionem defram ad istam posse impudentiam perbenire. Et in Tom. 8. Enarrat. in Psalmum 140. Contra illos Ethnicæ sapientiæ admiratores. Dixit hoc Aristoteles, adjunge illum Petre Christo, & absorptus est. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc & Plato, adjunge illum Petre Christo & absorptus est. Tamdiu videatur aliquid dicere, donec comparentur Petras: Propterea si intentus fuerit aliquid eorum hoc dixit, quod dixit & Christus; gratulamur illis, non sequimur illum. CHRISTUS ergo nobis est & erit omnia & in omnibus. Hec enim est vita æterna, inquit ipse salvator de se & de Patre suo Joh. 17. 3. ut cognoscant et solum Deum verum & quem misericordem Christum. Pater diligis Filium, & omnia dedit in manus ejus. Qui credit in Filium, habebit amorem æternam, qui autem non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Domini mact super illarum. Joh. III. 15. 16. 1. Joh. V. 9. 10. n. 11. Joh. 10. 21. In nomine IESU CHRISTI incepimus, in nomine Iesu finimus. In eo vivam, in eo moriar, in eo resurgam. Sit nomina ejus benedictum in secula! Amen!





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn736015221/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0039)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736015221/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0040)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736015221/phys_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0041)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736015221/phys_0042](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015221/phys_0042)

DFG

§. 31. Ex hisce sanctis fidelibus justificatis per Christum & fructus ferentibus in eternitatem duraturos resultat. Aene ordine & catenâ articulorum fidei jam sequitur. Sicuti e cularibus & individuis, ita & Ecclesia seu collectivum quoque fidelium resultat & colligitur. Huius ecclesiae ergo non Papa, qui se sponsum Ecclesiae & Episcopum ecomum Christo detrahit, quantum sibi ex illis praedicatis trahit, conveniunt, ut Archiepiscopo & Pastori animarum nostrarum ut membra capiti cohaerent, & uxor Agni dicuntur, nam serva est, sed famula ejus, qui se sangvine suo pretioso omnes fideles, & ipsi inter se, coagmentantur, & ex uno spiritu nem inter se habentes mutuoq; dolore vel gaudio, si quid erit, afficiuntur. 1. Cor. 12. 12. 26. Crescamus ergo in illo per omnem ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem secundum operationem in mensuram uniuscujusque membra in edificationem sui in charitate Ephes. 4. 15. 16. Ad hanc servandam Ministerium Ecclesiasticum in quod ratione Virtutis influit Christus salutariter constituit, & Apostolos, ad fidem ductos, ut per ipsos multi ad fidem ducantur, & a solu[m] a Christo mirabiliter vocatus est gentium Apostolus in etiam preter illum alii dati sunt, Ipse enim est qui descendit in celos, ut adimpleret omnia, qui nemo alias nisi Christus apostolus, alios vero Prophetas, alios vero Evangelistas, alios ad Consummationem Sanctorum in Opus Ministerium ad edificare Ephes. 4. 11. 12. 1. Cor. 12. 28. 19. Cum autem multi sint, quod divinis, atque ideo tubera & *Bodeslūy ματρί* sint Christia Sanctam illam Christi, & fidelium unionem & communio de Ecclesiâ, licet sint in Ecclesia, suo tempore planè ab Ecclesia interim & omnia vere Ecclesiae membra tantum infidelium & impiorum hominum remoti sunt quantum mundanis. Sancta Ecclesia est ab illo, qui sanctus ipso in culpi ambulet. Una est, ut unus est sponsus caput medias inter mundi ruinas exseret usque ad finem 16. 18. Cant. VI. 8. 9.

§. 31. Hanc, quam sic sollicite fovit Sponsam Ecclesiam Deo ac Patri suo Iesu Christus, ad cuius vocem tam boni quam scum ultimæ tubæ resurgent, mali ex vindicativa justitia ergo gratia ipsius. 1. Cor. 15. 21. 22. Joh. vi. 39. 40. istos pro tribunali hennam, hos dilectos si hi & benedictos ad eterna gaudia deatifica & vita eterna erit, & erimus quicunque prii, apud Iesum qui verus Deus est, & vita eterna, 1. Joh. 5. 20. Vide te qualem Pater, ut filii Dei nominemur & simus! Propter hoc mundus non sumus. Charissimi nunc filii Dei sumus, at nondum apparuit, quem cum apparuit, quod visuri sumus, sicuti est: Et omnis qui



oso unitis, à qui in ex partibus & uno Colloff. 1. & ranristo soli les omnes nec homines capite immunitio contige- Christus trationis, oris facte rdine suo conserba- ros, à se alius non sux, sed a omnes lios Apo- Doctores, is Christi. ministris ; nec ad nec sunt parandi, illorum Ecclesi- coram mphale, Matth.

quando sub clas- eculiarit in Ge- Dei be- rpetuo, rit nobis on nobis autem, a purifi- cat

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 2000